

# CONSILIORVM

SIVE

## RESPONSORVM

D. BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ  
VERONENSIS

I. C. CELEBERRIMI, COMITIS PALATINI, EQVITIS  
Aureaci, Aduocati Consistorialis, & in Gymnasio Parauino  
iuris Interpretis acutissimi, & præstantissimi,

Liber Secundus,

Nunquam antea in lucem editus :

ET A DONATO SALVTELLO I. C. VERONENSI  
*ex ipsiusmet Clariss. Capolla manuscriptis collectus, ac summarijs,  
& annotationibus auctus.*

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

*Cum Privilegijs, Summi Pontificis, Casarea Maiestatis, Regis Christianissimæ, Hispaniarum Catholicæ,  
& Illustrissimæ Senatus Veneti, & aliorum Principum.*



*Num. 46. Cap. 7  
num. 46*

Veronæ, Apud Marcum Antonium Palatiolum 1589.

*Bibliotheca* COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM




*Handwritten text, possibly a signature or name, written in a cursive script.*

AMPLISSIMO GRAVISSIMOQ.  
CLARISSIMORVM D. D. IVRECONSULT.

Collegio Mag. Incliteq; Ciuitatis Veronæ

DONATVS SALVELLVS I. V. D. S. D.



**N**EMO est P. C. ita à Musis alienus, ac mentis & rationis ex-  
pers, qui diffiteri audeat, magnam esse totius Iurisprudentia digni-  
tatem atque amplitudinem, magnam itidem eius utilitatem, eamq;  
ad omnes humana vita societatisq; partes latissime ita se se diffun-  
dere; ut igne & aqua vix pluribus locis, quàm ea uti nobis  
necesse sit: Etenim si ea urbium & populorum gubernatores, to-  
tiusq; fere orbis Rectores & Principes utuntur; et hos supra reliquum vulgus emi-  
nere, & illustriore loco sitos esse oportet, ut ipsa authoritatis specie à contemptu vin-  
dicentur, & inferiores in ordine continere queant; hinc omnino effici necesse est,  
qua scientia homines ad imperandum apti reddantur: eam ceteris omnibus digni-  
tate, et excellentia præstare: ut non immerito architettonices rationem quandam  
habere videatur, cui finis potissimus, & præstantissimus est, propositus cuiq; cate-  
ra quodammodo ancillantur, & subseruiunt: Usus porrò & utilitatem si quis  
paucis comprehendit, & sibi explicari postulet, in hanc facilem compediariamq; sum-  
mam rem totam rediget: quando nihil optabilius, aut utilius pace & quiete ho-  
mines habent; ut eam cum adepti sunt, & illa tuò frui posse confidunt, se demum  
beatos esse existiment: profectò qua disciplina ad pacem tum conciliandam, tum ser-  
uandam aptissima sit; eam sine ulla dubitatione omnium utilissimam statuere de-  
beamus, si rectè de rebus iudicare velimus. Jam verò pax et quies non aliter in re-  
bus humanis constitui, retineriq; potest, nisi omnis contentionis, quarimonie, & rixe  
arsa præcidatur, nisi sua quisque sorte, et suis fortunis contentus viuat: Quod cum  
non aliter obtineri possit, nisi cum sibi quisque nihil ab alio ademptum esse sentit,  
et vicissim nullius alteri illata iniuria conscius est, sit omnino, ut excellentissima illa  
iusti, & iniusti scientia, qua ius suum cuiq; tribuendi perpetuam, & constantem vo-  
luntatem docet, sui utilitate et ceteras scientias superare videatur, & animos ho-  
minum ad sui cognitionem allicere debeat: præterea cum duplex scientia huius ra-  
tio iam in usum vita recepta sit, una qua scholarum fere propria est; altera fori ac  
iudiciorum; nihil tamen ad authoritatem, et utilitatem præstabilius esse videtur,  
ea parte, qua particulares hominum lites, ac multiplici nexu inuolatae quæstiones, qua  
quotidie in foro occurrunt, consulendo, aut de iure respondendo dirimuntur; Vt po-  
tè quòd interpretandi ratio in sola fere cognitione consistat; hac verò in actione, qua  
tanquam finis, cognitione ipsa excellentior existit: Cum præcipue & si tot leges à  
præcis illis Iureconsultis et Imperatoribus conscriptæ, atque à Municipibus ubique  
gentium fixæ atque refixæ sint; attamen, cum omnia lege comprehendere non sit huma-



PETRVS FRANCISCVS TOCCOLVS  
VERONENSIS.

**C**AEPOLLAE ut faciem vides disertè  
Expressam hac tabula manu perita;  
Forsan ingenij perelegantis  
Optas egregium videre acumen?

Non potis fuit hoc ab arte fingi.  
Sed quod artificis stylus nequirit,  
Scripta hac efficiunt diu cupita,  
Qua nunc è tenebris vocat, situq;  
In lucem decus unicum seueri  
Iuris, atque amor Annum sororum.

SALVELLVS, & omnibus legenda  
Præbet. hos igitur legas libellos  
Doctos, aureolos, novos, venustos,  
Cavis pumicibus modo expolitos,  
Vt sic dedalea queas in istis  
Mentis effigiem videre doctam,  
Vt patet tibi corporis figura.

IACOBI SEMPERVIVI  
VERONENSIS.

**V**ISA satis fuerant hac docta volumina, clari  
Ut tibi CAEPOLLAE forma videnda foret:  
Cum, quod subiectum est oculis, haud iurè vocandus  
Sit cuiquam, at potius, quod later intus, homo.  
Ne tamen his desit quidquam, simul adspice utranque  
Expressam effigiem corporis, atque animi.  
Sed quæ corporea utilitas ab imagine? mentis  
Consilijs stabit resq;, caputq;, tibi.  
Nec melius responsa dedit consultus Apollo,  
Aut è Chaonijs quercubus ipse pater.

LOCUPLETISSIMVS  
MATERIARVM, DECISIONVM,  
ET QVÆSTIONVM MEMORABILIVM,

Qua in secundo libro responsorum civilium Bartholomei Capolla Veronensis  
Iureconsulti clarissimi continentur.

Ad laboris leuamen ac studiosorum vtilitatem alphabeticæ serie, ac diligenti calculo per  
DONATVM SALVELLVM Iureconsultum Veronensem  
collectus, & concinnatus.



**A** Regulariter potest locare ad modicum  
tempus res Ecclesie absq; consensu mona-  
chorum, vel conventus consil. 47. nu. 21  
Abbas de iure communi potest sine aliqua  
solemnitate, & Episcopi licentia locare res  
Ecclesie vsque ad decem annos exclusas  
consil. 47. nu. 29

Absentes de ciuitate ad ciuitatem licentia vacationem non habent,  
nec Republice abire dicuntur consil. 23. nu. 15

Abstinere à iuramento an & quando concedenda non sit  
consil. 62. nu. 27

Actio quas competit contra emptorem nauis pro meritis, an  
etiam competit contra procuratorem generalis societatum,  
pro quibus facta est emptio nauis consil. 14. nu. 18

Actio iniuriarum ex bono, & a quo procedit consil. 35. nu. 17

Actiones directæ ita astrictæ sunt assibus domini, ut nulli non pos-  
sint, & illæ cedi non possunt, sed illarum executione consil. 44.  
nu. 5.

Actus sine possessione probet quasi possessionem iuris corporalis  
an in possessione reuertatur ad onere probandi quando hæc duo in-  
dicia sunt cumlata in eodem libello consil. 10. nu. 6

Actus sequitur forum rei etiam in interdicto rei possessionis  
consil. 24. nu. 50

Actus etiam clericus, vel Episcopus sequitur forum rei consil.  
24. nu. 56

Actus sequitur forum rei, etiam si sit questio inter clericos, &  
laicum consil. 28. nu. 1

Actus inter viros in testamento fieri possunt  
consil. 54. nu. 32

Actus licet ex aliquibus præsumptionibus illicitus iudicari pos-  
sit, attamen si à bono viro factus sit, omnes suspensiones cadunt,  
& præsumptio contraria vitatur consil. 51. nu. 19

Actus protestationis contrarius ipsam protestationem tollit  
consil. 46. nu. 14 & 21

Adde non est impugnatum consil. 51. nu. 25

Adoptari quis non potest pro patre consil. 50. nu. 8

Aduersarius naturæ est reprobare qualitatem oppositam in præce-  
denti. Idem in dilectione, quamvis consil. 27. nu. 12

Aequitas est fundamentum interpretationis leges consil. 20. nu. 34

Aequitas rei vendita ad effectum restitutionis cōtrarius ob lesio-  
nem non debet referri ad tempus venditionis consil. 31. nu. 33  
& nu. 38

Aestimatores non possunt assumere vel valere de protestatione  
consil. 51. nu. 33

Astinere testis non repedit, licet in hoc non sit animi exceptio  
maior consil. 47. nu. 13

Adgens patente nobilitas est consil. 3. nu. 7

Agens ante petitam absolutiōem à iuramento incisi in periculi,  
nec amplius audiri debet consil. 62. nu. 4

Agendi modus semper inspicendus est consil. 14. nu. 19

Agnatus ita dicitur filius ex vtroque parente tantum, sicut ex vtroque  
consil. 66. nu. 14

Alienatio feudalis per vasallum facta, an & quando nocet eius  
filio consil. 44. nu. 18

Alienatio rei Ecclesie est prohibita consil. 46. nu. 4

Pro alienationibus rerum Euphyteutarum de iure nisi quin-  
quagesima debetur & consecratio contraria reprobatur  
consil. 51. nu. 28

Aliquis iuri derogare velle in dabo quis non presumitur consil.  
12. nu. 14

Alimenta iudicis officio petuntur quando quis non habet unde se  
alut consil. 8. nu. 8

Allegari turpitudinem suam an iuri non debet sciri si per viam  
exceptionis allegetur, vel per doli replicationem collatur  
consil. 51. nu. 27 & nu. 29

Allegari se spoliatum per litteras, & petere eas reuocari, an te-  
nuita reuocationem petere censetur, ad hoc vs dicitur alius  
vel reus, & an et principaliter, vel incidenter facere intelli-  
gatur, & quomodo nu. 8 & 10 consil. 29. nu. 1

Allegari alterius possessionem esse vitiosam, obtinere debet,  
quando altera pars nihil alit consil. 10. nu. 59

Alteri per Altarium iniura conditio inferri non debet consil. 15.  
nu. 21

Altruum sine facto nostro, à vobis auferri non debet

Alteri stipulari nemo potest siens quando verba excoctina sunt  
collata in personam stipulantis, & quomodo consil. 34. nu.  
6 & nu. 7 & 9

Et quid super obseruantia testamenti nu. 6

Alteruaria, vel valiquando resoluitur in coniunctiuam  
consil. 56. nu. 5

Annulatio aliter potest saltem largo modo dici potest consil. 64.  
nu. 11

Appellatione fratris masculi ex linea paterna venit frater ex  
parte patris tantum, sicut frater virginis que coniunctus  
consil. 55. nu. 34

Appellationis verba dignis etiam nullis consil. 67. nu. 2 & nu. 8

Appellans quando in causa appellationis ex eisdem actis succumbit  
reualiter in expensis condempnari debet consil. 57. nu. 36

Apud Regnum licet totum sit feudale Ecclesie, tamen singula  
res si ad ius de aliis Regis Dominio consil. 34. nu. 36

Argumentum à verbis factum narrandis non est validum  
consil. 10. nu. 26 nu. 32

Argumentum à e contrario sensu in Statutis validum est  
consil. 29. nu. 11

Argumentum à contrario sensu non debet quando  
absonum

I

# BARTHOLOMAEI CÆPOLLÆ VERONENSIS


I. C. CELEBERRIMI, COMITIS PALATINI,  
EQVITIS AVREATI, ADVOCATI CONSISTORIALIS  
& in Gymnasio Patauino Iuris interpretis longè subtilissimi.

## CONSILIORVM SEV RESPONSORVM CIVILIVM

### LIBER SECVNDVS.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS,

Et à DONATO SALVITELLO I. C. Veronensi ex ipsiusmet clarissimi Capolla  
manuscriptis collectus, ac summarijs et annotationibus auctus.



### CONSILIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

An nepos legitimus & naturalis ex fratre incestuoso succedere possit patruo suo pariter incestuoso, filijs illegitimis exclusis.

#### S P M M A R I A.

- N**ATVS ex consobrina dicitur incestuosus. Filij illegitimi nati ex dâno coitu patri suo etiam incestuoso succedere non possunt, nec ex testamento, nec ab intestato. Filij naturales nati ex coitu qui auisari potest patri suo non succedunt. Fratres incestuosi etiam ex eodem patre sibi invicem non succedunt, quia inter eos nulla est agnatio, cognatio, vel affinitas.
- C**ognatio, vel affinitas per illicitum coitum contradicitur quò ad impediendum matrimonium, non quò ad successiorem. & nu. 23.
- I**ntellectus h. hac parte. l. si spurius, et l. de testibus ff. vnde cognati.
- A**n frater incestuosus fratri pariter incestuoso succedere non potest, ita filius legitimus & naturalis ex altero eorum patruo succedere possit. & nu. 13. & 19.
- I**llegitimi vitium quod est in patre non nocet filio etiam quò ad succedendum auro, nisi extaret legitima soboles. & nu. 31.
- F**ilius deportatus licet succedere non possit, non nocet nepoti.
- F**ilius hereticus non obstat nepoti orthodoxo in successione.
- C**ulpa patris per quam filius est exheredatus filio non nocet.
- M**atula patris regulariter filio non obest in via quæ per filium patri non quæritur. & nu. 25. & 32.
- I**ntellectus l. vltima in p. r. p. s. C. de naturalibus liberis et nu. 30.
- E**x separatis non fit bonæ illatio.
- P**er quis ab intestato succedere possit, oportet quò sit agnatus, vel cognatus aut ex personis numeratis in l. 1. C. vnde vir et uxor.
- S**purius non est agnatus fratri patris sui nec eras filius. et nu. 24.
- I**ura consanguinitatis & agnationis à patre procedunt.
- I**ntellectus l. si spurius. ff. vnde cognati. et nu. 26.
- D**ictio & . potest exponi pro idest.
- C**ognatio ex linea materna non periterna descendit.
- C**ognatio esse non potest ubi nuptia prohibita sunt.
- M**ati ex damnato coitu aut vel alicui non succedat ab intestato

- quoties eis extant legitimi filij
- N**epos legitimus ex filio spurio alicui succedit, quando filius eius pater matri succedere poterat.
- F**ilij illegitimi patri incestuoso non succedunt.

- I**N CHRISTI NOMINE, ac inuocata Spiritus Sancti gratia. Præmitto primo pro intelligentia, quò dictus Ioannes erat incestuosus, quia natus ex consobrina, & ex linea collateralis sibi coniuncta, ut Inst. de nuptijs. §. ergo. & l. si adulterium cum incestu, in princ. ff. de adulc. & l. si quis incesti. C. de incestis nup. & no. glo. in aut. de incestis nuptijs. §. 1. quæ incip. hoc generale est. & no. Dy. in suo tractatu de successione ab intestato in pen. col. in prin. & no. per doct. in c. nisi cum pridè, extra de renuntiatione, & in c. tanta, qui filij sint legitimi. Præmitto quò filij illegitimi nati ex damnato coitu ipsius Ioannis incestuosi, patri suo succedere non possunt nec ex testamento, nec ab intestato. l. fin. C. de naturalibus liberis. & l. si quis incesti. & aut. ex complexu. C. de incestis nuptijs, & in aut. quibus modis naturales eff. sui. §. fi. & no. glo. in l. si qua illustis. C. ad Orphi. quæ dicit non succedere hominem illum, qui ex tali natus est, qui potest accusari, ut adulterini, incestuosi, & nefarii, allegat dictum §. fin. & hoc etiam tenet Bar. in l.



## Bartholomæi Capollæ

tionem, quando quis succumbit ex eisdem actis in causa appellationis, non potest habere iustam causam litigandi, quia cum videbat acta primæ causæ, debebat intelligere, se non fouere iustam causam, & si non intellexerit errauit in iure, quo non excusatur c. iuris ignorantia de reg. iur. in 6. cum simil. Sed in causa nostro Augustinus fuit condemnatus, vel consultum per dictos quattuor Doctores ipsum debere condemnari in meritis causæ ex eisdem actis factis ante sententiam, ergo non habuit iustam causam litigandi, & ideo debuit, & debet in expensis utriusque causæ condemnari. Et præsertim cum succubuerit in meritis causæ, tam in causa principali, quam in causa appellationis, & in causa principali fuit in expensis rectè condemnatus. † Nec obstat quod obtinuerit in causa appellationis saltem in duobus videlicet liliis. Principem esse Iudicem competentem, & appellationem suam admitti debere, propter quod vñ quod saltem debeat fieri cõpensatio expensarum hinc inde, ex quo uterq; est victor, & victus, vt dixi in præcedenti dubio. Quia responderetur, quod illud procederet quando uterq; esset victor & victus in diuersis capitulis principalibus, quorum vnus non haberet dependentiam ab alio, nec vnum capitulum esset præiudiciale alteri, puta quilibet vicisset in aliqua quantitate summæ, vel in aliqua re. Sed secus est quando vnum capitulum est præiudiciale alteri, quia tunc ille solus intelligitur vincere, qui vincit in præiudiciali, quia alterum consumitur cum eius finali victoria, immo plus in sententia diffinitiuâ omnia capitula confunduntur vt l. cum quærebatur ff. iud. solui, & ille solus intelligitur vincere qui vicit in diffinitiuâ, & sibi debentur expensæ finalis victoriæ, & omnium incidentium & emergentium, in quibus iuste litigauit, & licet ante diffinitiuam sententiam in singulis

capitulis victus victori possit in expensis condemnari, tamen in sententia diffinitiuâ non debet condemnari, nisi ille qui reportat contra se finalem sententiam vt eleganter not. Bal. in l. eos §. cautione in ff. C. de appell. sed ita fuit in casu nostro, quia capitulum super quo iudicatum est in fauorem Ser. Leonardi est præiudiciale alijs duobus capitulis super quibus fuit consultum in fauorem Augustini, & etiam Capitulo nullitatis sententiæ, si nulla fuisset, & ipsa nullitas commissa, & in sententia diffinitiuâ obtinuit in meritis causæ ipse Ser. Leonardus solus: ergo solus intelligitur victor, quantum ad expensas in quibus Augustinus debet sibi condemnari. De expensis verò huius causæ post dicta consilia si Augustinus succubuit in meritis causæ sicut succumbere debet sine dubio in expensis debebit condemnari per prædicta. Laus Deo.

*Bartholomæus Capolla.*

### ANNOTATIONES.

- a Fieri compensatio ] An & quando expensæ cum expensis compensari debent docet Alex. consil. 54. in ff. lib. 5. de cõf. 2. c. 2. nu. 5. lib. 7. & in l. qui Romæ §. duo fratres, nu. 25. ff. de verb. oblig. Doct. in l. properandum §. in autem, C. de iudic. vbi Ias. nu. 10. Idem Ias. §. bonæ fidei in §. membro Inst. de actio. Bertran. consil. 20. nu. 1. vol. 1. Lafran. in tit. de expensis nu. 12. & alij quos citat Sebastian. de Medicis in tract. de compensacionibus in prima parte questio. nu. 10.
- b Ex eisdem actis ] Doct. in l. properandum §. in autem aliter tra. C. de iudicij, vbi Ias. nu. 42. Alex. consil. 138. in fine lib. 2. & consil. 79. in fine lib. 7. Panor. in c. finem lib. 2. nu. 25. de dolo & contumac. Felin. in consil. 23. Coen. consil. 181. vol. 3. cum alijs amplè deducis per Borginum. Causas. decif. 15. nu. 5. 6. & 7. in prima parte, vbi egregie declarat.

*Donatus Salm. I. P. D.*

F I N I S.

V E R O N Æ,  
Apud Hieronymum Discipulum.  
M D L X X X I X.